Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>





et respondet de eis et acceperunt
lapides integros secundum legem: et
dificauerunt altare nouum secundum id
quod fuerat prius: et edificauerunt sita
et que intra domum erat interiora
eis et edem et atria sanctificauerunt
et fecerunt vasa sancta nouaa: et
intulerunt candelabrum et altare
incensorum: et incensum in templum
et incensum posuerunt super altare
et accenderunt lucernas que super
candelabrum erant et lucebant
in templo et posuerunt super mensam
panes: et appenderunt velamina
et consummauerunt omnia opera quae
fecerant et ante matutinum surrexerunt quinta et vicesima die mensis
nouem hic est mensis casleu cen
tesimo quadragesimo octauo anno
et obtulerunt sacrificium secundum legem
super altare holocaustorum nouum
quod fecerunt. Secundum tempus et secundum
diem in qua contaminauerant illud
gentes: in ipsa renouatum est in
cantibus et citharis et cinyris et
cymbalis et cecidit omnis populus
in faciem: et adorauerunt et benedixerunt in celum eum qui exaltauerat
eis et fecerunt dedicationem altaris
diebus octo et obtulerunt holocausta cum letitia: et sacrificia
laudis et ornauerunt faciem templi
coronis aureis et scutulis: et
dedicauerunt portas et exedras
et imposuerunt eis ianuas et
sita est letitia in populo magna nimis
de: et auersum est opprobrium gentium. Et statuit iudas et fratres
eius et vniuersa ecclesia israhel
vt agant dies dedicationis altaris
in tempore suo de anno in
annum per dies octo: a quinta et vi
cesima die mensis casleu cum letitia et gaudio et edificauerunt
in tempo illo monte sion et circumtu

muros altos et turres firmas:
ne quando venirent gentes et conculcarent eum sicut antea fecerunt
et collocauit illic exercitum vt seruaret eum: et munivit eum ad ostendendam bethsuram vt haberet
populus munimentum contra faciem
idumee:

Et factum est vt audierunt
gentes in circuitu quod edi
ficatum est altare et sanctuarium sicut prius erat factum valde:
et cogitabant tollere genus iacob
qui erat inter eos: et ceperunt
occidere de populo et persequi et debellabat iudas filios esau in idumea: et eos qui erant in arabatha: ne quia considebat israhelitas et pauerat eos plaga magna. et recordatus est malorum
filiorum bean: qui erat populo
in laqueum et in scandalum insidiantes ei in via et coartauerunt
ab eo in tentoriis et applicuit ad e
os: et anathematizauit eos: et interfecit turres eorum qui cum omnibus quae
in eis erant et transiuit ad filios ammon et inuenit manum fortem et populum copiosum: et thymo
theus ducem eorum et commisit cum
eis plia iudea et contrita sunt in con
spectu eorum et pauerunt eos: et ce
perunt iazer ciuitatem et filias eius
et reuersus est in iudeam et con
gregate sunt gentes que sunt in ga
laad aduersus israhelitas quae erant
in finibus eorum vt tollerent eos: et
fugerunt in dathemen muniti
et miserunt litteras ad iudam et
fratres eius dicentes Congregate
sunt aduersum nos gentes per circuitum
vt nos auferant: et parant veni
re et occupare munimenta in qua
confugimus: et thymotheus est dux
exercitus eorum: Nunc ergo veni